Sanocensis ab una, seq Recognitem parte ab altera, ratione Resignationis bonorum medietatis Villae Powodskoma, in Terra Sanocensi consistent aliarumq certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius Praemysliae Feria Sexta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono confectae et conscriptae manibus tam praefati Generosi Subdapiferi Sanocensis Fratris sui germani quam sui Recognitis ab utrinq subscriptae actisq Castrensibus Praemisliensibus sub clarissimis Terminis roboratae, pro pretio bonorum resignatorum Villae Powodskoma debita et ad solvendum assecurata, iam iis per eundem Generosum Subdapiferum Sanocensem realiter et de integro sibi persoluta, tum de eadem ipsa Intercisa eiusq Inscriptione Roboratoria, quo ad Summam supradictam per se Recognitem tenetam Conditionesq ratione eiusdem Summae solvendae tantummodo spectantes quietat et mittit liberumq et absolutum perpetuo pronunciat, Conditionem seu Punctum eiusdem Intercisae quo ad Summam supradictam solvendam spectantes in toto cassat mortificat et annihilat recognoscendam sibi Summae eiusdem Septemdecem Millium Florenorum Polonicorum sufficientem praescriptam esse persolutionem, salva eadem Intercisa, eiusq Conditionibus Reliquis quo ad alia ligamenta et nexus, in eadem Intercisa conscriptis eiusq Inscriptione Roboratoria, sibi Recognenti pleno in robore reservata,

Dobrzanska Bilinskiemu obligat

Comparens personaliter Coram Officio actisq praesentibus Castrensibus

1438

Capitanealibus Premisliensibus Nlis Marianna Lucka, sb.
Nlis Mathia Dobrzanski Consors relicta Vidua. Sana mente et
corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus
205 suis quibusuis propriis et competen recedens praesens vero Cas:
tren Capitan Premysliens Iurisdictioni quo ad actum praesentem at:
tinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libero publice
ac per expressum recognouit. Quia ipsa bona sua propria here:
ditaria infrascripta nempe Sortiunculam certam dictam Kazno:
skie, et Tarasowszczyzne in bonis Villae Bilina magna Terrae et Dis:
tricti praesentis Premisliensi cum omni praemissorum Iure Dominio
proprietate Tituloq obligationis, cumq omnibus et singulis utilita
tibus fructibus prouentibus redditibus commodis emolumentis,
obuentionibus attinentijsq et pertinentijs generaliter uniuersis nihil
ex praemissis Iuris dominij proprietatis ac cuiusuis competentiae
et praerogatiuae, pro se recognoscens suisq Successoribus aut quoquam
alio reseruan, verum prout praemissa omnia, et singula ipsamet
Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsamq concernebant.
Iam extunc et defacto Nli Lucae Bilinski Kaczkino
wicz generi suo eiusq posteris in Summa Quinquaginta flo:
ren polon idq ratione dotis post Nlem Tennam Dobrzanska Filiam
suam ipsi de bonis paternis et maternis debite prouenien
tunc et ab actu praesenti ad Festum Conuersionis Sancti Pau:
li Apostoli proxime venturi et indefecte procedentem bonorum eo:
rum exemptionis Summaeq supradictae persolutionis extunc
ad aliud simile Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli
post unum annum proxime tunc venientem incidens ex se se

determinans

determinans et sic consequenter de anno ad annum festo ad festum annis et festis se se continue et immediate sequentibus usque ad Exemptionem Summae supratactae totalis et integrae persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesentibus. In quae quidem bona praesentes per se Recognoscentes obligata, praemissaque omnia per praesentes invadiata eadem Recognoscens supratacto praenominato obligatario suo et eius posteris iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die qua cunque voluerint officiose acceptandam per ipsos obligatarium suum eiusque posteros, bona eadem supra serie praesentes obligata ac praemissa omnia per praesentes invadiata, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utendi fruendi, ac ad suos Successorumque commodum quosvis bene placitos usus fructus libere et effective convertendi, usque ad exemptionem, bonorum eorundem et Summae praefatae totalis et integrae persolutionem, modo ac titulo obligatario debitoque et tenetur mrata Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis praefato obligatario suo et eius posteris inscribit et praesentes obligat, ipsos et eius Successores in dictis bonis praesentes obligatis praemissisque omnibus modo supra serie invadiatis et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis Impetitione Iuridica quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existentis exoriunda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties fuerit, tenen defendere evincere intercedere, et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non hi

eadem

eadm bona obligata praemissaq omnia per praesens Inuadiata ab omnibus in genere iuribus et Inscriptionibus prioribus, et posterioribus super eadm bona obligata, modo quouis cuiuscunq personarum factis et faciendis, item etiam a quibusuis Creditoribus in eadm bona praesens obligata, importatis et importandis Luitisdemq et perluitis processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependendis et iniquo cuiusuis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesens inuadiatis modo quouis perductis et perducendis emundare, eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, Coram Officio praesens admissam in fundo bonorum praefatorum praesens obligatorum, dum per Illem et Illes duos officiose requireretur, non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eadm possessionem, et usum fructum praemissorum omnium quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non impedire, nec adimere, ipsumq obligatarium dictum et eius posteros in dictis bonis praemissisq omnibus obligatis modo nullo inturbari, Ita ut eadm bona praesens obligata, praemissaq omnia per praesens inuadiata, cum uniuersis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiaq et praerogatiua quauis Idm obligatarius suus suis cum posteris quiete et pacifice Inscriptionis praesens obligatoriae uigore tenere habere et possidere queat, illisq uti frui possit, modo ac titulo obligatorio usq ad Redemptionem eorundem bonorum summaeq praefatae totalis et integrae persolutionem, Idq sub

Vadio

Vadio Similis Summa, Quinquaginta Floren Polon per eadem Recognoscen supraserat, sive ipso Successores praenominato Obligatario suo, aut eius Successoribus ob non completionem praemissionem omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto quotiescunque opus fuerit, ad solvendum succumbendi Praeguis quid Vadio praemisso modo ad solvendum succubito ac pro re aliqua particuli ex praemissis non completa complenda, citati existent memorata Recognoscen Nlis Marcechna Dobranska cum suis posteris, ad instantiam supraserit per Nlis Lucas Bilinski Obligatarij et Gener sui vel eius Successorem ad Offi praes Castren Capitan extunc Recessu supraserit quo ad responden spectat mediante semper, in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere, respondere, vadium praedictum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebunt, et tenebuntur, seque ac suos Successores, ad ead omnia inscribunt et obligant, praesen, illum Terminum semper peremptorium, uti et alios oes exinde consequen causa eius Terminos semper peremptorias vera infirmitate pro maiori minorennitate Successionem legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta et Tuitorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis, non differendo ad quietationem praeterea velora proximos Officij praesen Castren Capitan Praemisliens Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones et appellationes, ac earum prosecutiones, faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis evasionibus, suspensionibus

Fatalibus

1442

Fatalijs Iuris praescriptione Terri bello conventione q ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Bilinski Conti Reformab.

205 Comparens personaliter coram Officio actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Lucas Bilinski Kaczkinowiąt sanus mente et corpore existens a Terris, districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitan. Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam liberè publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Nobili Fenna Dobrzanska Nobilis Nobilis Mathias Dobrzanski cum Nobili Maruchna Lucka, procreatae Filiae suae vero Recognoscentis Conthoralis eiusq posteris Summam Quinquaginta floren. Polon. ratione veredoris et expeditionis post eam acceptas, et in domum suam importatas, nec non aliam similem Summam Quinquaginta floren. Polon. ratione vero Iusti et ligandi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum, generaliter omnium haereditariorum, et obligatoriorum, mobilium et immobilium, Summamq quamvis pecuniariam

nec non